



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

De Filio erga Patrem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

CAPVT IX.

De Filio erga Patrem.

1. BARON. VIII. **O**fficiū colendi Patrem remittitur filiis, si probabiliter putent, matrem conjugii fidem non admodum sancte servasse, & se ex adulterio potuisse nasci.

In primis id non esset patris colendi officio deesse, tunc enim jam non ut suum patrem Cajus V. G. Titium agnosceret, sed pro suo patre agnosceret adulterum. Quare tota difficultas in eo versari debet, quandomā Cajus V. G. poterit suæ matris Bertæ maritum negligere, & alium tanquam suum patrem revereſci? quam difficultatem mox explicavit meus Tamburinus.

Deinde displicet hic maxime, quod Baronius imputet Tamburino, quasi dixerit, posse Cajum negare Titio marito Bertæ reverentiam filii, ex eo, quod ipse Cajus potuisset, ex adulterio nasci. Profecto tantam stultitiam fuisse à quolibet indoctissimo prolatam, si Baronius mihi juraret, fidem ei habere non possem. Nam, sic, omnes quotquot homines sunt, fueruntque, & erunt in mundo, essent probabiliter spurii, vel illegitimi, quia omnes partim potuerunt, partim poterunt, ex adulterio nasci. Sed jam video, quid vult dicere Baronius: vult enim iterum subintelligi illud (probabiliter) ita ut sensus sit, si probabiliter putent, matrem fidem non servasse, & se probabiliter ex adulterio nasci potuisse, &c. Verum, nec hoc mihi sedet, nam disertā locutio fuisset, dicere (si putet se probabiliter natum esse ex adulterio). Ita quidē. At solemne est calumniatoribus, immiscere possibile cum actuali, & sæpe putare, immo, & pronuntiare, se V. G. offensum esse ab adversario, quia ab eo offendi potuisset.

4. Venio nunc ad elucidandam veram Tamburini doctrinam. Nobile stratagemā, in his sugillationibus educendis, latet in Baronio: Loca enim, in quibus de argumento Tamburinus tractat, religiosè tacet, nimirum ne (ut suspicor) statim, viso loco, mendacium larvam deponere cogatur. Cum autem difficile cuiquam sit, totum librum evolere, ut Doctrina reprehensa inveniat, constat, hæretque firmius Impostura. Id autem mihi nullum fecit negotium, siquidem ope cujusdam amici in mei præceptoris doctrina veratissimi, statim invenio quidquid invenire oporteat. Fateor nihilominus, quoniam in loco de hoc puncto, quem præ manibus habemus, loquatur Tamburinus, fuisse difficillimum expiscari, quia ne umbra quidem ejus, quod illi imputat Baronius, in doctrina germana Authoris apparet. Locum autem, ubi hac de re loquitur, contrarium disertè habens, hic est, nempe lib. 1. in Dec. c. 3. §. 3. ver. *legitimus*, sed disertissime in alio loco mox afferendo numero 10. meo.

5. TAMB. Quando anceps (ait) es, utrum sis legitimus, an naturalis, cum certus sis, te esse filium V. G. Bertæ, qualiteris reputandus? Dico, esse reputandum legitimum. Ita Delugo de Just. tom. 1. d. 15. sec. 2. num. 25. Meroll. Barbof. Baldelli. Franc. Delugo alique quos citat, & sequitur Bard. d. de Conf. c. 7. §. 11. quia culpa patris est dubia, pena illegitimitatis infligenda tibi Filio esset certa, ergo, si esses reputandus illegitimus, pro culpa incerp-

Paris II.

ta Patris daretur pena certa tibi Filio. Adde, quemlibet esse damnandum, quanto minus potest, nam propter eandem rationem, si dubitetur an aliquis sit spurius, id est, ex coitu damnato, an naturalis, naturalis est reputandus. Ita Menoch. lib. 1. præsumpt. 19. numer. 28.

Hinc expositi in Hospitali, possunt sine dispensatione ordinari, Beneficia acceptare, ad Prelaturas ascendere, &c. Ita fidem apud eundem Bard. quia cum nesciatur, an sint illegitimi, legitimi reputantur.

Illud adverte, quoad effectum acquirendi hereditatem ab alio possessam, non posse hunc dubie illegitimum recurrere ad prædictam doctrinam. Ita Castropalao tom. 1. tractat. 1. d. 3. p. 5. à numer. 3. Ratio est, quia ille alius est certus possessor, at dubius de facto præcedere certo possessori non debet. Hactenus Tamburinus.

6. Ex hac igitur doctrina clarè colligitur, quod sicuti Cajus Filius Bertæ, quando anceps est, an sit legitimus, an naturalis, debet se pro legitimo habere, & consequenter Maritum Bertæ, hoc est Titium, pro verò Patre cognoscere; ita si idem Cajus est anceps, an sit spurius ex adulterio matris, debet se pro legitimo tenere, quia pari modo culpa matris, dubia legitimi filii nocere non debet, atque adeò negare ipsi non licet, Titium esse suum Patrem, illumque reverentia debita non colere.

7. At dices, hic sumus in dubio, quid si probabiliter putaret Cajus, se natum esse ex adulterio?

Respondeo, de hoc non agit Tamburinus, sed certe affirmo, clare ex ipsius principiis colligi, etiam tum debere suam legitimitatem illasam servare, seuque Patre Titio, hoc est Bertæ marito observantem præferre. Ratio est (quia ut in superioribus vidi-mus,) solennis Tamburini doctrina est, probabilitatem dirigentem actiones tunc adesse, quando contrarium non est certum, seu non est moraliter convincens. At in hoc eventu cum certum sit, Titium esse Bertæ maritum, certum item hoc matrimonium fuisse in facie Ecclesiæ celebratum; certum etiam Titium cohabitasse in eodem lecto, & lecto cum Bertæ (erit etiam moraliter certum, Cajum esse Titii Filium, & ita debere in utroque foro judicari, præsertim, quia delictum (matris) non præsumitur, nisi probetur, & consequenter quod is sit Filius ex adulterio, non erit proximè probabile: adde id, quod supra diximus ex Tamburino, quod hic, & alibi iterum, iterumque repetere non gravabor.

8. TAMB. Atque hæc ratio (ait lib. 1. in Decalog. cap. 3. §. 3. numer. 11. in fine,) allatam doctrinam probat (id est, non posse sequi opinionem proximè probabilem) etiam si altera pars sit probabilior; modo major probabilitas alterius dictæ partis non sit tanta, ut deponat à probabilitate illam oppositam, quia tunc, expulsæ jam probabilitate, non est mirum, si inclinari ad assentiendum illi oppositæ nequeat intellectus.

8. Quoniam ergo Titius Maritus Bertæ habet tantam probabilitatem de suo filio, (etiam si ad certitudinem moralem non pettingeret) deijciatur jam illa probabilitas, quæ apparet in Cajo volente fortè negare, se esse legitimum, & Patrem Titium non revereri, Quare Caji probabilitas, si quæ esset de illegitimitate, vere probabilitas non est, nec minima, nec tenuis, quia à finibus probabilitatis est expulsa. Vides Baroni, sanam, solidamque mei Præ-

Ccc

cepto.

ceptoris dicto Cajo debet e recognosci Titium Maritum Beite ut patrem, est in Tomo de Sacramentis &c. in Tractatu de Irregul. cap. 10. §. 2. his verbis.

Qua ratione dubitatio de illegitimo Natali remo-ueatur.

TAMB. num. 1. Qui natus est (inquit) ex Coniugata præsuntur legitimus. nisi contrarium clare appareat, siquidem possidet tunc, esse Filium ex matrimonio. Is enim in iure Filius est, quem Nuptia demonstrant l. quia Mater ff. de in ius vocando. Et in dubiis (ut notant Menochius, Mascardus, Merolla) semper præsuntur id, quod honestum est. Hæc ibi.

Si ergo Cajo, donec contrarium clare appareat, legitimus se tenere debet, non poterit ex Germana nostri Thomæ doctrina, quacumque probabilitate positâ, Titium suæ matris maritum non revereri ut Patrem.

CAPVT X.

De matrimonio Filii inconsulto Patre.

1. BARON. IX. Indulget etiam illis (Filiis) Insecundum matrimonium cum dispari, Patre inconsulto, & invito.

Quam aride id affert, ad excitandum odium & Verum lege quam plene & sapienter Tamburinus ratiocinetur ex S. Thomæ principiis. Tu vero, ut meum Thomam suggilles, nihil penitus habes, de fratre tuo S. Thomam, quamvis ejus doctrinam sequi profitearis.

2. TAM. Certum, exploratumque est (ait l. 5. in Decal. c. 2. §. 3. num. 2.) si filii invitatis parentibus ineam matrimonium cum dignis, & alioqui nullum sequatur incommodum, non peccare lethaliter: immo ne venialiter quidem, si prius modeste à parentibus facultatem petierint, tamen si nequaquam exoraverint. Ratio potissima est, quia in electione status, & maxime matrimonii, filiis nemini subduntur. Ita S. Thom. in 4. d. 29. q. 10. art. 4. Ita Sanch. lib. 4. de matr. d. 22. numer. 4. Ita cæteri.

Hinc regulariter non tenetur Filius implere sponsalia, quæ absque ejus consensu pater promisit, sic enim teneretur ad matrimonium. Agit de hac re dilucide Sanch. ibid. d. 23. num. 3.

3. Hinc etiam merito Tridentinum sess. 24. cap. 9. de refor. matrim. ipso facto excommunicat impediētes matrimonia; quæ excommunicatio licet solum sit contra eos, qui cum habeant iurisdictionem fori externi in subditos, eos à matrimonio injuste impediunt, ut clare colligitur ex contextu Trid. quales sunt Episcopus, & princeps secularis (excipitur Rex, & Imperator, quia hos oportere exprimi, excipitur item Parochus, quia fori æterni iurisdictionem non habet in suos) tamen tam rigida prohibito ostendit sensum Ecclesie volentis, ut matrimonia impediuntur. Et merito, nam, independentem à lege positiva, & se culpa mortalis est, impedire in re gravius alterius. At vero, ut diximus, in status electione quilibet sui iuris est, atque adeo nec à suis, nec ab alio si peccatum mortale non vitare velint, impediendus.

Dixi (injuste) nam quando adepti ipsa causa, ut patrimonium est indignum, vel quid simile, ut patrimonium, vel amicus modis variis adque in, vel in ne comprobata, leg Sanchez ibid. sententia ipso iure, cultas igitur soluta superest, an cum indigno possit licite contrahere, patre, vel genitrice dissentiente, licet quidem licet aliquibus videatur non posse, atque sit contra Navarum alique Sanch. l. 4. de matr. d. 22. in fine. Fateor tamen probabile item esse, ac rationem, quod no liberum esse, nec alicui subiacere in hac. Adde S. Thom. 2. 2. quaest. 104. art. 5. in corp. In iis, quæ ad propriam poris sustentationem attinent, omnes homines est, pater, & que adeo, ne filios quidem in his duobus subiacere parentum. Et recte docet Sanchez, adeo filiam liberam esse, ut etiam ante vigesimum quintum annum nubile valeat, etiam in digno, & sine patris consensu, ne alius matrimonii libertas impediatur, deturque puella anse occidit de quaerendi.

5. Illud adverte esse conveniens, ut saltem à Patre consilium petatur: siquidem in re tanti momenti, consilium explorare, licet sine obligatione sequendi, quamvis Sanchez loc. cit. arbitretur peccare mortalem filios, si, in matrimonii eligendis, à Patre consilium non exposcant; ego tamen, pater tanto non sententia non assentior. Ve quid enim tantum pater mortalitatis onus? si eis tandem consilium patris respiciatur cedatur? Adde primo, si non causa consilii tam docere de meo matrimonio deo, posse fortasse à prudentiore viro illud petere, & sic non indignum tertio.

6. Adde Secundo. Cum nos, & ipsius Sanchez, & gamus in presentia de filiis volentibus contrahere tam dignis: si sub mortali obligaremus filios ad patris consilium exposcendum, illos regulariter conquirentes in pericula rixarum. Certum enim erit, Patrem cum dictum, cum agatur de sua familia decore; multo magis si consilium supponitur filius in arrepto proposita intra patris apertum consilium, quam consilium facere factam testam servare posse, merito fatetur Sanch.

Satis ergo fore videtur, curare, ut igitur ter, quam ut noscat, & coram, ejus arbitrium dicatur.

7. Prudenter paulo post, Tamburinus sic monet.

Hæc dicta sunt, quando ex ejusmodi matrimonio non metur fore, ut sequantur gravia mala, sive scandala, sive alia incommoda, tunc enim, ut notat Sanch. l. c. non contra Charitatem, ex alio capite, quam ex solo patris involuntario, peccati labe, posset emergere.

CAPVT XI.

De Voto Paterna Mortis.

1. BARON. X. Permittit filius vota paterna mortis, ut vacuum hereditatem accipiant.

Verba hæc sunt accusantis, sed que sequuntur sunt verba innocentis Rei.